Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift



rturū. ut nullus eos quadrat interroget. Nubes enim suscepit eum quando ascendit ab
eis. & euntem in celum non uerbis quesierit. s. oculis deduxerit. Si quia hec locutus sum
uobis inquit. tristicia impleuit cor uestrum. Videbat utique quia illa uerba sua in eorum
cordibus agerent. Spiritale quippe non diu habentes interiori consolationem quam plurimum
sancti fuerant habituri. id quod exteriori in corpore uidebant amittere metuebant.
& quia se amissuros esse illo uera denuntiante dubitare non poterant contristabat
humanum affectum. quia carnalis desolabat aspectus. Hoc erat autem ille quod eis potius
expediret. quia ausus interior ipse et utique melior quod eos consolatur fuerat spiritus
sanctus. non cernentium corporibus ingestur corpus humanum. s. se ipsum credentium
pectoribus infusurus. Denique adiungit. s. ego ueritatem dico uobis expedit
uobis ut ego uadam. si enim non abiero paraclytus non ueniet ad uos. si autem abiero
mittam eum ad uos. tamquam diceret. expedit uobis ut hec forma serui auferatur a uobis. Caro quidem factum uerbum habito in uobis. s. nolo adhuc me carna
liter diligatis. Iusto lacte eternum semper infantes esse cupiatis. Carpedit uobis
ut ego uadam. Si enim non abiero. paraclytus non ueniet ad uos. Si alimenta tenera
quibus uos alui non subtraxero. solidum cibum non esurietis. Si carni carnalium
beseruitis. capaces spiritus non eritis. Nam quid est si non abiero paraclytus non ueniet ad
uos. si autem abiero mittam eum ad uos. Nunquid hic posset eum non potuit mittere.
Quis hoc dixerit. Neque enim ubi ille erat iste inde recesserat. & sic uene
rat a patre. ut non maneret in patre. Postremo quomodo eum etiam hic constitutum
non potuit mittere. quem scimus super eum baptizatum uenisse atque mansisse.
immo uel ad quem scimus eum nunquam separabile fuisse. Quid est quia si non abiero para
clytus non ueniet ad uos. nisi non potestis capere spiritum sanctum quamdiu secundum carnem
nosse psistitis christum. Unde ille quia ceperat spiritum. Si nouerant inquit secundum
carnem christum. s. iam nec nouerunt. Etiam ipsam quippe carnem christi non secundum carnem
nouit. quia uerbum carnem factum spiritaliter nouit. Hoc nimirum significare
uoluit magister bonus dicendo. si enim non abiero paraclytus non ueniet ad uos.
si autem abiero mittam eum ad uos. Christo autem discedente corporaliter non solum spiritus
sanctus. s. & pater & filius illius affuit spiritaliter. Nam si abeis sic abscessit christus ut p
illo non cum illo meis esset spiritus sanctus. ubi est eius promissio dicentis. ecce ego uobis
cum sum usque ad consumationem seculi. et. uenium ad eum ego & pater & mansionem
apud eum faciemus. cum & spiritum sanctum tam se promisit missurum ut cum eis esset in
eternum. de quo hoc cum ex carnalibus uel animalibus esset spiritales futuri. profecto
& patrem & filium & spiritum sanctum capaci fuerant habituri. In nullo quippe creden
dus est esse pater sine filio & spiritu sancto. aut pater & filius sine spiritu sancto. aut filius sine
patre & spiritu sancto. aut sine patre & filio spiritus sanctus. aut pater & spiritus sanctus sine fi
lio. s. ubi eos quilibet unum. id est trinitas dicitur unum. Oportebat autem tam insinua
ri trinitatem. ut quantus nulla esset diuersitas substantiarum. singulari
tam commendaret distinctio personarum. ubi eis quia recte intelligunt nunquam